



Universitätsbibliothek Paderborn

Asiaticae Historiae Societatis Iesv Pars ...

Libris Qvatvor Comprehensa: Vbi praeter res gestas à Patribus Societatis Iesv in conuersione Sinarum, Cocincinae, & Tunchini Regnorum nihil omittitur eorum, quae possunt liberali placere Lectorum curiositati

Bartoli, Daniello

Lvgdvni, 1670

26. Ardor fid. & patientiae Christ.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10757

Iesu nomen suo excusa ære , larga manu in quamplorimos tribucbat & strenuitatem nostrorum in Christi negotio quoad laico licet, intabatur diligentissime , aiens , cum ij leucarum tot millia & discrimina emensi , ærumnas perferrent , & vexationes continuas, in quacundis Sincensium animis , æquum esse illos ab Sinis iuuari , ad inueniendum quod quærebant. Sic ille pariter quem ante meminimus in armis Doctor , celebris Mandarinus , Nancium manus Apostoli erga suos milites obibat, præbâque illis virtute nobili ad conuersationem, omnemque probitatem , & filios (quos dederat Patribus educandos) rotamque familiam de morum suorum pietate singebat. Viros ciuimodi præstantes quod religioni latius proferendæ aditus facerent , intubabant nostri eo consilio & cura ut possent alios Magistri esse. Ad hoc item ipsi ut apti fierent , nullis parcebant incommodis, quo sacrificiis diuinis aliisque promouendæ virtutis præsidii intercesserent, nec defuere qui per annis restagnationem umbilico tenus longè in templo euaderent : iam ille apex charitatis mori pro fratribus prodigz, in quodam præ aliis Sin Philippo excelluit , magno quantum iamnum, probitatis annis documento erat Christianis , & pestilentia gravante , ministerium & vitam , contactorum leuandis miseriis addidit, tactus non multò post ipsem , & ritè sacris procuratus , ad viuum halitum tollendis ad cœlum manibus & oculis , signanda fronte signo crucis , Iesu & Maria nominandis , quoad plane defectos tribus , labiorum motu , animi cum Deo prodebat colloquia : & amorem crucis , quam pollice altero , in vola manus alterius ducebat, adat morienti mater ; mortuo dolere nescia , & felicitatis ostentans , narrâaque pignora , prolixas preces , dura ieunia , noctes pernigiles flagella , cilicia , quibus tam boni filij iacturam læta solabatur. Ad hunc item vitæ contemptum pertinet , quod Nancianenses aliquæ Christiani , locum forte ingressi quem multis statuis Ethnici adorabant , non sunt veriti signum crucis aduersum ducere ; conspicati hoc Ethnici , & experti Deos seu dæmones suos , eius signi aspecta diffugere , pugnis , calcibus , fustibus inuadunt Christianos etenique ad fatietatem quorum fuit nemo quin contumeliam atrocem quam proclue iis erat prohibere , magno sibi honori ducerer. Vnus Matchis nomine , in quem potissimum saevabant , vt proceritate & robore ad resistendum validior , sic patientia clarius , Martyrij memor quod se à Deo petiisset parum est , aiebat ad ea quæ pro Deo meo perpeti cupio ; vel occidite si lubet , nihil obstitero , nec in vos digitum mouero. Accurrentes vero aliunde ad hunc strepitum Christiani , gaudere , gratulari , omnes domum nostram pariter venire , lætisque à Patribus amplexu excepti cum illo ante aram beneficij gratias agere : haud fuit tam suum scelus Ethnicis impunè illius auctor & signifer paucis diebus interiit , alias poena minor quidem ; sed grauis secura est ad prohibendam cœlitus à Christianis assiduam Ethnicorum insolentemque

^{24.}
Neophyt.
mors peste
cont. infer.

²⁶
Ardor fid. &
patientia
Christi.

que iniuriam qui ferre non poterant vicinos sibi Christianos, quod
itorum cuiusvis propinquitas, illorum eneuaret Deos, sacerdotumque ad
polulata beneficia debiles & inertes.

Sciendum enim Taofios genus maleficum planaque dæmonibus ob-
structum, nulquam suas magis quam Nanciani fraudes & incantamen-
ta venditare, qua Deorum suorum appellant miracula, dæmonum leci-
tum quibus utuntur familiariter. Ad inuenienda vel amissam vel furto
sublata, domos consulentium adeunt proprio cum augurali habitu cu-
ius pars castula linea nostrati similis; solum aqua secum allata leuiter
irorant; figuris inscribunt Magicis; preces addunt longas, & con-
centum, ad tympana & tibias aptum; adeo dæmon; rei amissam locum,
ac sublatam furem, evidenti responso indicat. Morbos quoque eantu
triduano, alterius choris & succidaneis, permolesto sanant; sed iis suæ
artis, & lucri cardo est, euocare animas in hanc lucem, extorque ex
iis ut leitantibus propinquis respondeant, quibus inferis teneantur;
quas pœnas luant, quibus sacris, largitionibus, peregrinationibus, &
a quo Deorum, suam velint deposci liberationem; his dæmon haud
quidem spectabilis, sed voce tanquam è longinquo summilla, & de-
bili respondet; vel mox occupato Taofij corpore, defuncti persona,
colore, vocis sono conformatioe omni Taosium induit, & lingua il-
lius quæsita enunciat. Fingunt & fontes interdum animas ex dæmonum
manibus elabi, ut dormos reuisant, sed retrahendas illicet in suum cat-
cerem, vtque illas agit in rabiem. Cruciatuum vis, qui primum o-
curretit, vel extraneus, vel ignotus, illum iœtu occulto in motum
& lectam deficiunt quoad intereat. Huius porrò in domos redditus, ex
quibus morte excellerant, diem, & momenta praescribant Taofij, vt
que sit maior mendacijs fides, præmittunt opera dæmonum, nocturnos
trepitum quibus interea familiam territent; quare appetente quem præ-
bunciant die, domo euadunt omnes, & ne animal quidem quod vi-
vum cupiunt in ea relinquent, nec prius ausint pedem intrare referre
quam Taofius domum expiarit, compuleritque maleficam animam in-
fatos suos repetrere; id autem præstat stricto ense perterritans cubicula,
& punctum cæsim, ritu bacchantis animam illam petens; post quæ do-
num tunc puram renuntiat, & reductis habitatoribus, ludoris lym-
pharici, quo madebat accepto pretio discedit. Hac ergo de causa Eth-
ici Christianos procul a vicinia arebant, quod vel iis contigui, vel
fuctu oboij dum suis montes diuinationibus instaret; non posset à
Dioz odor Christianorum ferri, & emasculata respondendi, vis & fal-
lendi concideret. Verum enim verò quibus mens sanior, prudenter ar-
gumentabantur Christianorum Deum sua vnius ymbra, Diis Osciano-
rum, & Taofiorum omnibus plus posse; imò nec esse Deos, sed dæ-
mons, qui Christiani cuiuspiam, aut rei Christianæ non sustinerent
presentiam, quare ipsi quoque omissis Taofisi, diuinum Iesu nomen,
sacras imagines, & alia Christianorum præsidia, suis malis remedium

26.
Diuin. & e-
uocationes
anim. etiam
Christ.